



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Variarvm Lectionvm Libri Dvo Theodori Canteri
Ultraiectini**

Canter, Dirk

Antverpiæ, M. D. LXXIII.

Arnobius emendatus & illustratus. Cap. 25.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70886)

Ζῶδες κενίδης ἐκρυψα χολέμενος, ἐνεκα πιας
 Οὐκ ἐδίδωμ μακάρεσι θεοῖς, οἱ ὄλεμπον ἔχουσι.

Arnobius emendatus & illustratus.

CAP. XXV.

EST locus quidam apud Arnobium lib. sexto, multis & maximis mendis deformatus, quem iam in integrum omnino suo nitore restituere, ut nostrum non est ingenij, sic alios oratos & obsecratos volumus, ut huic loco ingenij sui vires intendere volunt, est enim dignus vindice nodus. Nobis hoc tempore suffecerit unico mendo hunc locum liberare, erroresq; alios indicare. Nam hunc locum quemadmodum hodie legitur, ἢ τίς ἢ ἰδεῖς, ut Græci loquuntur, animaduerter. Locus itaq; Arnobij est: Ridetis temporibus priscis Persas fluvios coluisse, memoralia ut indicat scripta, informe Arabes lapidem, acinacem Scythia nationes, ramum Progenes Thespios: lignum Carios pro Diana indolatum: Pessinuntios silicem pro matre Deum, pro Marte Romanos hastam; Varronis ut indicant Musæ: atq; ut Aethedius memorat, ante usum disciplinamq; fictorum, puteum Samios pro Iunone: & abstinetis a risu, cum pro dijs immortalibus sigilliolis hominum & formis supplicatis humanis. Sed antequam ad reliqua accedamus, unum prius locum emendare conabimur, qui est: Atq; ut Aethedius memorat, ante usum disciplinamq; fictorum puteum Samios pro Iunone. Hic locus diu multumq; me suspensum tenuit,

tenuit, nec quodnam huic loco remedium afferri
 inuenire poteram: insolens enim & inauditū, ut
 adeo ἠδύδοξον esse mihi videbatur, dicere Samo-
 puteū pro Iunone coluisse. sed paulo post inueni
 meptis Alexandrini locum, unde hic sumptus est
 plurimi alij, ubi sic legitur: καὶ τὸ δὲ Σαμίαις ἠδύδοξον
 φησὶν Ἀέθλιος, ἀεὶ τρεῖς μὲν ἦν σαρῖς, ὅσπερ ἐστὶν
 ἀεὶ ἑλέως ἀρχόντος ἀνδριανθείδας ἐχέοντο. Quod
 cum communicassem cum doctissimo mihiq; am-
 simo, virg. Ouer to Gisannio, tum ille, quod ego
 Nimirum locū Arnobij esse corruptū, & ex Cle-
 te emendandū, cumq; ego hoc difficile factū putarem
 metuens à veteri & antiqua receptaq; lectione
 gius discedere, ille mihi ex tempore pro sua eruditi-
 ne & ingenij alacritate, veram ex antiqua scrip-
 rā lectionem vnica tantū addita litera, ostendit
 legendū pro puteum, pluteum. quam sanè coniectu-
 ram non potui non probare, quandoquidem pluteum
 idem significare quod apud Clementem σαρῖς, non
 sit dubium. Et hanc eius tam eruditam coniecturam
 non solum comprobat locus Clementis, sed etiā
 Eusebij Casariensis, in quē postea incidi, ex libro
 Evangelica preparadione. & licet locus ille admodum
 sit corruptus, tamen quae ad hanc quaestionem perti-
 nent, inde facile colligi poterunt. Eius autē haec sunt
 verba: Ἡ ἑστὶ δὲ καὶ Σάμοις ξύλων εἶχον εἰδόμενος
 φησὶ καλλιμάχος.

Οὕτω σκέλμιον ἔργον εἰς ἕβανον, ἀλλ' ἐπὶ τῷ

Ant. Murer
 Variaz Lectio
 LIII
 28

Δὴ νεόγλυφον ὡ' ἰαζ' θεῶν ἡδ' αὖ σαπίς.
 ὡδ' ἡδ' καὶ διδρύνοντο θεῶς τότε. Non autē hoc fuisse
 nouum & inauditum, priscis illis seculis, quibus
 nondum pictores aut figuli erant, testatur etiā Ter-
 tullianus, eruditus cum primis & antiquus scriptor,
 in libro aduersus Gentes: ubi sic inquit. Sed & qui
 crucis nos religiosos putat, confectus reus noster erit,
 dum lignum aliquod propitiatur, viderit habitus dū
 materia qualitas eadem sit: viderit forma, dum id-
 ipsum Dei corpus sit, & tamen quantum distinguitur
 a crucis stipite Pallas Attica, vel Ceres farrea, qua
 sine effigie rudi palo & informi ligno prostat. Et
 Lucanus lib. 3.

—Tum plurimā nigris

Fontibus unda cadit, simulacraq; mæsta Deorum
 Arte carent, caesisq; extant informia truncis.
 Et Clemens Digestorum primo: ὅπιν γ' οὐδ' ἀχέ-
 ραθλίαι τὰς τ' ἀγαλιώτων χροῖς, κίονες, ἰς ἀντες αὖ
 παλαιὸν ἔσελον τοῦτο, ὡς ἀφιδρύνοντα τ' θεῶν. idem
 etiam declarat locus præclarus qui est apud Athenæū
 lib. 14. quem propter elegantiam non grauabor ad-
 scribere. Parmeniscus Metapontius & genere &
 diuinitis ceteros antecessores, velut Simus, lib. 4. Delia-
 dis restatur, cum in Trophonij locum descendisset ac
 ascendisset, postea nō amplius ridere poterat. cum de
 hac re oraculum percunctaretur, ei responsum fuit:
 Derisu me percunctaris, difficilis vir,
 Ipsa tibi mater dabit, hanc venerare reuersus.

Cum speraret hic igitur, cum reuersus esset in patriam, se esse risurum, atque nihilo amplius rideret, existimans se deceptum esse, forte venit in Delum, omniaque quae erant in insula admiratus, ad Latone imaginem venit, atque cum existimaret matris Apollinis statum aliquam esse eximiam, ubi eam ligneam ac deformem vidit, praeter opinionem risit, Deique responsum percipiens, aegritudineque liberatus, magnifice Deum laudibus coedecauit. Haec ille. Si omnia eius rei caeterorum testimonia in medium adducere, atque adhaerere merare vellem, dies me deficeret. Quare his praesens supra adductis contentus ero. Et licet haec ita se habeant, non possum tamen dissimulare, me reperisse aliquibus temporibus antiquos etiam puteos colunt, ut ex 8. Strabonis planum faciam, ubi sic legitur: In puteis autem quatuor insignes habentur, quos eximia veneratione colunt, qui in aquarum puritate abundantiā inducunt. Sed hoc tamen momenti non est, ut locum Arnobij mendo putem. Iudicent alij. Iam ad secundam promissam accedamus. Verba Arnobij haec sunt: Ramum Proconnesium Thespios. in Romana codice legitur, Ramum Proconnesium Athespios. Lilius Giraldus quodam in loco haec verba adducens, sic citat: Ramum Proconnesium Athespios. apud Clementem, unde hic locus sumptus videtur, sic legitur: ἡ δὲ ἡθαιεσπία ἡ πόλις ἐστὶν ἐν τῇ ἡθαιεσπία ἐν τῇ ἡθαιεσπία. Sic ad hunc locum nihil aliud quod afferam habeo, nisi variam & diuersam

Ant. Muret
Varia Lectio
LIII
28

lectionem: quod eò libētius feci, ut postea lector magis doctus & ingeniosus, veram ex his lectionem aliquando elicere possit; licet difficile hoc futurum existimem, sine ope alicuius veteris codicis.

Orphei versus duobus locis in Georgij Cedreni Annalibus notori suo restituti.

CAP. XXVI.

GEORGII Cedreni Annales studiosè perlegens ac percurrens, nō ita longè à principio incidi in hunc de Orpheo locum, qui sic se habet: Ἐν τοῦτοις χρόνοις τῶ Γεδεῶν, ἡ Ὀρφῆος ὁ Θεῶν ὁ λυρικὸς ὁ βρυώσιος, ὁ σοφώτατος καὶ φιλοσόφος ποιητής, οὗτος ἔξεδωκε θεογονίαν καὶ κόσμου κτίσιν, καὶ ἀνθρώπων πλάσσειαν· εἰρηκῶς ἐν τῇ ἀρχῇ τῆ σωτῆρα ματος αὐτοῦ, ὅτι ἔξ ἰδίας ἐνθυμήσεως οὐκ ἔξεδωκε πᾶσι θεῶν, ἢ τῆς κοσμου κτίσεως. ἀλλ' αἰτησαμένη αὐτῷ μαθεῖν πᾶσι τῶ φοῖβε πτάνος ἡλίου θεογονίαν, καὶ τῶ τῆ κοσμου κτίσιν, καὶ τίς ἐποίησεν αὐτῷ, ἐκφέρε) γὰρ ἐν τῇ αὐτῷ ἐκθέσει ὅλα ποιητικῶν εἴχων, οὕτως:

ὦ ἀντιξυλὸν Διὸς ἡ ἐκπύροιο φοῖβε κραταί.

ὦ διάποτα ἡμέρας ἡ, ὅ τα πάντα πόρρωθεν ἐν ταῖς ἀκτῖσι σου τοξόων, ἀμίαντε καὶ δισσατῆ.

Πάνδερες, θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσων.

ὦ τα πάντα ὅπι βλέπων θνητῶν καὶ ἀθανάτων βασιλεύων.

ἢ λυε χρυσέοισιν ἀειθέ μιν περὺ γαστρῶν.

I 3

ἡλίου